

Vigesimusquartus

Sed plurimū vires esse incognita. Quorum numero fuit Herophilus clarus in medicina: a quo ferūt dictū quasdam etiam fortassis calcatas prodesse. Obseruatū certe est inflammari uulnera ac morbos superuentu eorū: qui pedibus iter confecerint. Hæc erat antiqua medicina: quæ tota migrabat ī græciæ linguas. Sed quare nunc non plures noscūtur causæ: nisi quæ eas agrestes litterarūq; ignari experiūt utpote qui soli inter illas uiuant. præterea securitas quætedi obuia medicoꝝ turba. Multis etiā iuentis nomina desunt. sicut illi quæ rettulimus in frugū cura: scimusq; defossam in angulis segetis p̄ stare ne qua uis intret. Turpissima causa raritatis. quod etiam qui sciunt: demonstrare nolūt: tāq; ipsis paritūq; sit quod tradiderint aliis. Accedit ratio inuentionis: anceps. Quippe etiā ī reperiis alias inuenit casus alias (ut uere dixerim) deius. In sanabilis ad hosce annos fuit rabidi canis morsus: pauore aquæ: potusq; omnis afferens odiū. Nuper cuiusdā militantis in prætorio mater uidit in quiete ut radice siluestris rosæ: quæ cythodon uocant: & eblanditam sibi aspectu pridie in fruteto mitteret folio bibendam in lacte. in lusitania res gerebatur hispaniæ proxia parte. Casuq; accidit: ut milite a morfu canis inciente: aquas expauescere superueniret epistola orantis: ut pareret religōi. Seruatusq; ē ex ipsa. Et postea quisq; auxiliū simile tentauit. Alias apud auctores cynorhodi una medicina erat spongiolæ quæ ī mediis spinis eius nascitur cinere cū melle alopecias capitis expleri. In eadē prouitua cognoui in agro hospitis nuper ibi reperiū dracūculum appellatū caulem pollicali crassitudine uersicoloribus uiperarū maculis: quæ ferebant contra omniū morsus esse remediū: Alius est quem nos in priori uolumine eiusdem nominis diximus: sed huic alia figura. aliudq; miraculū exeuntis e terra ad primas serpentiū uernationes bipedalifere altitudine rursusq; cū iisdem in terram se cōdētis. nec oī nō occultato eo apparet serpens: uel hoc per se satis officioso naturæ munere: si tarū præmoneret: tepusq; formidinis demonstraret.

De quodam pestifero fonte germaniæ: & de britanniæ: & maximis morboꝝ doloribꝯ. Cap. iiii.

Que bestiarū solum ad nocendum scelera sunt: sed interim aquarum quoq; ac locorū. in germania trans rhenum castris a Germanico Cæsare: p̄ motis maritimo tractu fons erat aqua dulcis solus. qua pota intra bienniū dentes deciderent. Cōpagesq; in genibus soluerētur. Stomacacem medici uocabant & sceletirben. Ei malo reperta auxilio est hæba: quæ uocatur britannica neruis modo & oris malis salutaris: sed contra anginas quoq; & serpentes. Folia habet oblonga nigra radice nigra. Succus eius exprimitur & ex radice. Florem uibones uocant: qui collecti prius q̄ tonitrua audiantur: & deuoratus securos in totū reddit. Frisi qua castra erant nostris demonstrauere illam. Miror quidem quæ nominis esset causa: nisi sorte confini oceano britanniæ ueluti propinq; dicaue se non enim inde appellatam eam: quoniā ibi plurima nasceretur certū est. Etiam tum britanniæ liberta fuit quidem: & hic quōdam ambitus nominibus suis eas adoptādi ut docebimus fecisse reges: ut res tanta debeatur. hæbā inuenire. uitā iuuare nō fortassis credit aliquis: cū hæc nostra friuola quoq; existimentur: ad alios sordent: etiam quæ ad salutem pertinent. Auctores tamen quarum inueniuntur in primis celebrare par est. effectu eaq; digestio in genera morboꝝ. Quæ quidem in reputatione misereri fortis humanæ subit & præter fortuita casusq; & noia quæ omnis hora excogitat ad milia morboꝝ singulis mortalibus timenda: Qui grauissimi ex iis sint discernere stultitia prope uideri possit. cū suis cuiq; ad præsens quisq; atrocissimus uideatur. & de hoc tamē iudicauere aut experimento asperimos cruciatus esse calculoꝝ a stillicidio uesice. proximū stomachi tertium eorū qui ī capite dolent. non ob aliud fere morte conscita græcis. & noxias hæbas demonstratas miror equi dē: nec uenenos tantū. quoniā ea conditio uitæ est: ut mori plerūq; etiam optimi portus sit. tradatq; Varro Seruiū Clodium equitem romanū magnitudine doloris in podagra coactum ueneno crura perunxisse. & postea caruisse sensu oī æque quæ dolore in ea parte corporis. Sed quæ fuit uenia mostrādi qua mentes soluerentur. partus eliderētur. multaq; similia. ego nec abortiua dico. Ac ne amatoria quædam memoro. lucullū imperatorem clarissimum amatorio perisisse. nec alia magica porteta. nisi ubi cauenda sunt aut coarguenda in primis fide eorū damnata: Satis operæ fuit abundeq; præstitū uitæ salutare dixisse ac postea inuenta.

De moly. & dodecatheo. & pæonia dētorobo uel glycyfide. & panace uel asclepio. & heracleo panace. chironio. & panace centaureo. uel pharnaceo. & heracleo sidério. & hyoscyamo uel apollinari siue altercangenō.

Cap. iiii.

Audatissima hæbarū est homero teste quam uocari ab diis putat moly. ast inuentionem eius Mercurio assignat. Contraq; summa ueneficia demonstrat. nasci eā hodie circa phencū & in cyllene arcadiæ tradunt. Specie illa homerica radice rotunda nigraq; magnitudine cepæ folio scyllæ. offodi at difficulter. Græci auctores florē eius luteū pinxere cum homerus candidam scripserit. iueni e peritis hæbarū medicis. qui & ī italia nasci eam diceret. afferriq; cāpania mi-

& iiii